



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78232)



TRACTATUS QUARTUS.

DE VIRTUTIBVS ET DONIS.

Ad Quaestionem 55. Divi Thomæ, usque ad 71.

PRÆFATIO.



Qvod de tribus olim Græcia florentissimis urbibus à Seneca patre dictum est, omnibus sua decora esse: Athenas eloquentiâ inclytas esse, Thebas sacris, Spartas armis; pari jure de variis Theologia partibus dicendum existimo, cuiuslibet suam dotem singularem esse, quâ cæteris superior sit, eaque antecedit. Nihil dicam de cæteris Theologia partibus, de quibus hæcenus egimus, vel postea acturi sumus; sed quod attinet ad hanc de virtutibus Tractationem, si cum cæteris conferatur, nulla est quæ hanc utilitate & emulmento, quod inde maximum provenire potest, superet, aut cum ea jure contendat. Quid enim virtute

utilius, & melius, quæ, ut inquit Aristoteles, bonum facit habentem, & opus ejus bonum reddit, laude & præmio dignum? Sane cum cæteris rebus, fortitudine, pulchritudine, visus cummine, aliisque dotibus, quæ partes corporis, & membris affixa organa veluti proprias sedes obtinent, eaque afficiunt, animantibus homo inferior sit, solâ virtus est impressa animo, quæ cætera superat, eâ regit, & in eâ imperium exercet. Vt enim egregie advertit Seneca, cætera homini cum animantibus communia sunt; nisi quod in brutis potiora esse, & magis vigere natura voluit, quo minus capacia sunt eorum, quæ rationem consequuntur, vel juvant. Est fortis, & leones; formosus est, & pavones; velox est, & equus; habet vocem, sed quanto clariorem canes, acutiorem aquilæ, graviorem tauri, staviorem Iuciniæ? Sed in unam virtutis participationem non ventum; hæc sibi integram homo vendicat, hæc unius hominû una & satis ampla possessio: ut propterea aliarum rerum hominem vel cupidum, vel sollicitum esse natura vetuerit, quod una virtus sit, quæ cupidinem jure accendat, & sollicitudinem mereatur; nec tam aliorum quæ brutis indulget, jacturam unâ virtutis compensat, quàm ea omnia, quibus scire uti minime brutis concessum est, una virtus obtineat, & eorum usum tribuat. Nemo est, si sua rebus pretia statuat, nec à sensibus rationem illudi sinat, qui dubitet suam pulchritudinem, & sanitatem virtuti inesse, suas delicias, & divitias obtinere; quarum fragilis corporum pulchritudo, sædæ delicia, & tam faciles deperdi divitias, quàm haberi difficiles, non aliud quàm umbra quæ existimanda sunt. Idque Cicero ipse advertit, & his verbis præclare explicuit: Sicut est sanitas & pulchritudo corporis, ita est sanitas animæ. Vt enim corporis est quædam apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate, eaque dicitur pulchritudo: sic in animo, opinionum, judiciorumque æqualitas, & constantia, cum firmitate quadam & stabilitate, virtutem subsequens, aut virtutis vim ipsam continens, pulchritudo vocatur. Sed quæ delicia esse possint, quæ hominem deceant rationis compotem, & ad cælestia natum? Non solum nullæ sunt sine virtute, sed nec præter virtutem. Vnde acutè notat Gregorius, tibi filios virtute exercitatißimos, cor virtutis quotidie vacare; quod nimirum jugem animus perpetuamque lætitiâ, purissimamque voluptatem, virtus afferat. Filii, inquit, per domos convivium faciunt, dum virtutes singulæ juxta modum proprium mentem pascunt. Et ipse Seneca Lucilio suo penè indignatus, quod agrè ferret sibi voluptates omnes interdici, quibus res externa sensus alliciunt: Existimas, inquit, me detrahere tibi multas voluptates, qui fortuita submoveo, qui dulcissima spei oblectamenta cenleo devitanda; imò è contra, volo tibi nunquam deesse lætitiâ, volo illam tibi domi nasci. Sane cætera voluptates vix summam cutem, extremamque corporis superficiem attingunt; cum ea delicia quas virtus parit, in ultimos usque recessus penetrant, animamque omnem, perfundant. Neque idmirum; cum stillitidum quoddam sint cælestis beatitudinis, quo, dum à cælesti patria exulamus, huius exilij radia demulcentur, & calamitates asperguntur, ut facilius ferantur. Vnde Augustinus: In regione illa

4. Tuf-
culan.
quæß.

intelligibilium, beata vita in fonte bibitur, indeque aspergitur huic humanae vitae, ut in
 tentationibus huius saeculi temperanter, fortiter, iuste, prudenterque vivatur. Et D.
 Gregorius, qui precipuas, & altiarum cardines, quatuor virtutes confert cum Paraisi quatuor
 fluminibus, quae universam terrae superficiem irrigabant. Quatuor, inquit, Paradisi flumina
 terram irrigant; quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni desideriorum
 carnalium aestu temperatur. Sed quid diutius de virtute male mereor, dum penè violat à san-
 ctitate, & deturpat à venustate, rudibus ad eò lineamentis, huius depingere imaginem tentare
 audeo? Vtinam sese ipsa proderet, & in omnium conspectum veniret! Mirabiles sanè, ut olim
 dicebat Plato, & omnium amores sibi conciliaret, & violat ampulchritudinem, solo sui conspectu
 repararet. Si aves (amice Lector) de virtute pro merito statuere, hac tibi in primis comparanda
 est, quae sui duntaxat pretium & agnoscit, & docet. Inter in quod Apelli contigisse ferunt, tibi
 votis omnibus exopto. Ferunt enim quendam cum amasia Alexandri Compassis imaginem pingret,
 ita huius amore captus est, ut eam sibi iungi connubio ab Alexandro postularit, ac impetravit et-
 iam; cum nullum satis amplum pretium reperiri unquam posse existimaret Alexander, prater
 unam Compassem, quo satis tantà industrià & arte elaboratam imaginem compensaret. Vtinam
 virtutis, cuius tibi imaginem & tabellam exhibeo, ita te pulchritudo rapiat, ut eam velut sponsam
 tibi iungi connubio à Deo postules, quem Dominum virtutum Vates nuncupat! Major tibi fa-
 licitas quam Apelli contiget: nec enim perituram pulchritudinis, aut unius duntaxat virtutis,
 sed Dei ipsius possessionem, ultra quam nihil unquam optandum super sit, tibi comparabis: Vt enim
 dixit Augustinus, Præmium virtutis erit ipse qui virtutem dedit. Didicerat id D. Thomas,
 & ita suis studiis, & contemplanda divina pulchritudine incumberebat, ut non aliam laborum
 suorum mercedem, quam Deum ipsum postulareret. Et sanè is erat quo Ecclesiam defendebat in-
 fessus labor, ut nil minus deberet, ea etiam quâ labor compensaretur merces, ut nil majus posse eli-
 gere. Male scripserat, si aliter elegisset: sed bene scripsit, & melius elegit. Vnus est (Amice Le-
 ctor) Angelicus Præceptor, à quo utrumque discas: Sed utrumque discas, ne frustra huius disci-
 pulus sis. Vale, & virtuti stude.

Lib. 22.
 de civit.
 cap. 2.